

claustrum sitos dedimus et ad subplementum<sup>e)</sup> melioris fori<sup>d)</sup> et empcionis xx marcas insuper contulimus. Ut autem hoc factum illibatum et inconvulsum permaneat et ne deleri possit processu temporis, cartam istam sigilli nostri impressione munimus et contra insultum reproborum tuentes successoribus nostris observandam committimus, eorum  
 5 nomina, qui presentes aderant gerendo negotio, presenti pagine subarare<sup>e)</sup> fecimus. Comes Ulricus de Witin. Godeboldus burgravius de Novo Castro. Volckramus comes de Osterfeldt<sup>f)</sup>. Comes F[ridericus]<sup>g)</sup> de Bren. Albertus de Drotz. Hartmannus et Hermannus fratres de Lobdeburc. Hermannus advocatus de Salecke. Heinricus de Camburg. Ekkehardus et Heinricus fratres de Crozne. Heinricus de Lindenowe<sup>h)</sup> dictus<sup>i)</sup>  
 10 Flamma. Wernherus Rinc. Hildebrandus de Proprio<sup>k)</sup>. Guntherus de Bunow.

## 34.

*Papst Innocenz III. ermahnt den Landgrafen von Thüringen und andere Fürsten, welche sich auf dem Kreuzzuge befinden.* Lateran [1198].

*Hdschr.: Reg. No. 4 fol. 4. No. 13. Vatikan. Archiv.*

15 *Gedr.: Baluze, Epp. Innocentii III. 1.7. ed. Migne 1,10. Potthast 20.*

Duci Lauannie, lantgravio Duringie et aliis de regno Alemannie in ultramarinis partibus constitutis. Quanta sit circa genus humanum benignitas conditoris prime creationis opera et recreationis miracula, que in fine seculorum dextera domini voluit operari, immo etiam universa, que in celo sunt et in terra testantur. Cum hominem ad ymaginem  
 20 suam creatum divinitatis sue voluerit esse participem, omnia subiciens sub pedibus eius oves et boves universos, insuper et pecora campi et tandem, ut ruinam nostram repararet, post lapsum proprio filio suo non pepercerit, sed pro nobis omnibus tradiderit illum in crucis altario immolandum et cum iniquis eum permiserit reputari. Unigenitus siquidem dei filius, ut hominem perditum ad regna celestia revocaret, a dextera patris in inferiores  
 25 partes terre descendens exinanivit semetipsum formam servi accipiens et se usque ad mortem humilians pro nobis crucis non dubitavit subire tormentum. Quid igitur retribuemus domino pro omnibus, que retribuit nobis? Sane nec tribulacio nec angustia nec fames nec nuditas aut gladius ab ipsius nos debet aut poterit caritate divellere, si exuberantiam beneficiorum eius circa nos misericorditer habitam interne considerationis oculis atten-  
 30 damus. Quin immo secundum prophetum calicem salutaris servus accipiet et nomen domini invocabit. Hoc vos diligentius attendentes, ut illud evangelicum impleretis: ‚Qui vult venire post me, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me‘, assumpto crucis signaculo ad vindicandam iniuriam Iesu Christi Ierosolimam petivistis ad nationes illas inhumanas et barbaras in digito dei fortius edomandas, que illorum etiam seviti-  
 35 am, quod peccatis nostris ascribimus, sunt in nos seviendo transgresse, quibus propheta impre-  
 cando declamat: ‚Omnes venerunt gentes in hereditatem tuam etc. usque sepeliret.‘

33. c) supplementum B. d) conditionis B. e) subscribere B. f) Godeboldus—Ostorfeldt fehlt A. g) Falsch Thoodericus B. h) Lindnow B. i) Dictoricus B. k) Pipo A.